



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

XVI. De concubinariis & fornicatoribus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

cataram, vel nomine eorundem reorum & restium, vel aliis etiam extra carceres existentium nomine eorundem carceratorum nuncium, epistolam, literas, vel (ut vulgò dicitur) ambascatias ferre, absq; ejusdem iudicis & Procuratoris fiscalis licentia, ultra pœnas eis à jure vel statuto inflictas, pœnam relegationis in perpetuum, vel ad tempus ad trimeses, & si qualitas facti id exegerit, & iudici videbitur, etiam ultimi supplicii incurrere, & puniri debere præcipimus & mandamus, sicq; per quoscunq; iudices quavis auctoritate fungètes puniri & condemnari, & non aliter, declaramus. Rom. 23. Jul. 1568.

TITVLVS XIV.
DE MONETARVM TONSORIBVS.

Pius Quintus.

Ultimi supplicii pena afficiuntur aurea & argentea monetæ tonsores.

CAP. I.

Cum nil magis humane vitæ commercio sit necessarium, quàm pecuniarum usus, quæ hominibus cuncta humano victui necessaria præbent: decet Romanum Pontificem ad ea libenter intendere, per quæ pecuniæ ipsæ non solum non adulterentur, verum etiam in primavo illarum statu ab omnibus illæse conserventur. Quod, & si cunctis in locis, præcipuè tamen in hac alma urbe nostra, quàm gloriosi Apostolorum Principes martyrio suo consecrarunt, & ad quam veluti communem omnium matrem gentes undequaque concurrunt, singulisque aliis dominis, terris, & locis, nobis & sedi Apostolica mediatur vel immediatè subjectis, curandum est, ut & ad illam venientibus vitiatorum exempla non proponantur, & quibusvis peccandi materies succidatur. Attendentes itaque quòd licet monetarum aurearum tonsoribus ultimi supplicii de jure sit inflicta pœna, argenteas tamen monetæ tondentibus satis minor pœna imposita sit. Ac animo revolentes, quàm par sit utriusque delictum, cum ii qui argenteas minuunt, nulla alia de causa ab aurearum mutilatione, nisi ob earum defectum, subsistant, ac propterea eodem juris rigore, in utroque sciendum esse, æquum reputantes. Motu simili, & hac nostra perpetuè valitura constitutione statuimus, eos qui argenteas tondentes monetæ, ultimi supplicii, & ea quæ aurearum tonsores hactenus puniti sunt, & de jure puniri debent, pœna puniendos esse, & ita ab omnibus, quibus iudicis officium non tam in alma urbe nostra, quàm alibi in toto statu Ecclesiastico commissum est, quovis nomine censeantur, & quavis auctoritate præfulgeant, injunctum est, puniri volumus & mandamus. Districte inhibentes singulis terrarum, locorum, & civitatum dominis in temporalibus, ne iudices præfatos in præmissis hoc modo scièntes, sub excommunicationis, &c. impedire, molestare, vel inquietare audeant, vel præsumant.

TITVLVS XV.
DE LENONIBVS.

Paulus Quartus.

Lenonum sordidum & turpe lucrum ex prostitutione virginum contrahentium pœna.

CAP. I.

Lenones & lenæ, circa prostitutionem masculorum verantes, & cum eis circa prostitutionem ipsam agentes, vel consentientes, necnon lenones & lenæ, puellam, seu aliam juvenulam invitam assumentes, & ad necessitatem nutriendas, ac postmodum prostituentes, & lucram ex ejus prostitutione captantes, quotquot fuerint ultimo supplicio afficiantur. Hi vero qui corrupto comite stuprum puero suaserint, aut puel-

lam virginem super violatione ejus pudicitia impellerint, seu ad hoc ei quicquam donaverint, remiserint, ut id adsequerentur, dederint, aut domum locum commodaverint, seu quicquid aliud ad effectum commissurum fecerint, flagitio perfectio, capitali pena puniantur, eo autem imperfecto, in aliquam multam impotentur, & inibi perpetuò relegentur. & cum præmissis comites corrupti fuerint, eisdem pœnis subiacent. ceteris verò casibus lenones & lenæ hujusmodi, quæ cetero lenocinii artem exercentur, factibus per publicè casti, ab hac urbe perpetuò emigrare cogantur, qui domos suos eisdem lenonibus vel lenis de eorum enter locaverint, vel si ignorantes id fecerint, nisi priusquam hoc eis notificatum fuerit illos expulserint, tum sic locatam eo ipso amittant, & ea tenentur esse effectum priventur, & spolientur, & insuper per amicum scutorum auri ab eis auferendum, & in pios usus convertendorum ipso facto incurrant.

TITVLVS XVI.
DE CONCVBINARIIS ET FORNICATORIBVS.

Leo X. In Concilio Lateranensi.

In publicis concubinaris animadversio debet Synodice vincularum ordinari, ut omni fermi castitatis fuerint in locis publicis extincta, legi divina auctoritas custodiantur.

CAP. I.

Statuimus quòd quicunq; clericus, clericus, conditionis, status, religionis, dignitatis, etiam fiscalis, vel aliter præeminentiæ fuerint, qui publicam præsentium a notitia, quam habere preceptum post duos menses post earundem præfatum publicationem in Ecclesiis cathedralibus factam, quæ necesse est omnino facere teneantur, postquam præfatum ad eorum notitiam pervenerint, publicis consensibus à perceptione fructuum omnium beneficiorum trium mensium spatio sit ipso facto suspensus, quæ superior in fabricam, vel aliam evidentem Ecclesiæ utilitatem, ex quibus si fructus percipiuntur, tunc necnon hujusmodi publicum concubinatum, pernitentem esse noverit, mox suus superior monere teneatur, ut infra brevissimum terminum concubinatum dimittat, & si illam non dimiserit, vel dimissio seu aliam publicè resumpserit, jubemus ut ipsum omnibus suis beneficiis omnino privet. Et nihilominus si publicis concubinaris, usq; quò cum eis per suos superiores publicum concubinarum dimissionem, manifestèque tunc evadendum fuerit dispensatum, ad suspensionem quorumcumque honorum, dignitatum, beneficiorum, officiorumque sunt inhabiles: qui si post dispensationem relicto veniunt ad hujusmodi publicum concubinatum redierint, sine ipsius alicujus dispensationis ad prædicta procul inhiberet existant: quòdque si hi ad quos etiam tunc extitit permissio, eos, ut prædictum est, punire neglexerint, eorum superiores tam in ipsos de neglectu, quàm illos pro concubinarum modis omnibus digna punitione animadvertant. In Conciliis etiam provincialibus, & synodalibus adhibeantales punire negligentes, vel de hoc crimine diffamatos etiam per suspensionem à collatione beneficiorum, vel alia condigna pœna severiter procedatur: & si si quorum defestitutio ad nos & sedem prædictam spectat, per concilia provincialia aut superiores propter concubinarum publici-

a Concilio Tridentino idem ipso fess. 25. cap. 14. clerici concubinaris beneficiorum promotionem & excommunicationem, &c. b. Idem ferme pœna in concubinaris auctoritate Concilii mensi sub Eugenio II. cap. 7. in 3. Tom. Concil. pag. 211. & generaliter in Concilio Oxoniensi. cap. 11. fess. 3. Tom. Concil. pag. 74. in fess. 202. 4. Tom. Conciliorum.



CAP. I.

cum reperiantur privatione digni, statim cum processu inquisitionis ad nos deferantur, eadem diligentia & inquisitio in quibuscunq; generalibus capitulis, etiam provincialibus quoad eos servetur, poenis aliis contra predictos, & alios publicos concubinarios iure statutis, in suo robore permansuris.

Publici autem intelligendi sunt non solum illi, quorum concubinatus per sententiam, aut confessionem in iure factam, seu per rei evidentiam, quae nulla possit tergiversatione clari, notorium est, sed etiam qui mulierem de incontinentia suspectam & diffamam tenent, & per suum superiorem admoniti ipsam cum affectu non dimittunt. Quia vero in quibusdam regionibus nonnulli jurisdictionem Ecclesiasticam habentes pecuniariorum quas eos in concubinariis percipere non erubescunt, patientes eos in tali foeditate fordescere, sub poena maledictionis aeternae praecipimus, ne deinceps sub pacto, compositione, aut spe alienius quassus talia quovismodo tolerant, aut dissimulent, alioquin ultra praemissam negligentiae poenam duplicem eius quod propriae acceperint, restituere, & ad pios usus omnino converterere teneantur, & compellantur. Ipsas autem concubinas aut suspectas Praefati omnibus modis curent in suis subditis per auxilium, & brachii secularis in vocationem, si opus fuerit, penitus arcere, qui etiam filios ex tali concubinato procreatos apud patres suos cohabitare non permittant. Iubemus insuper quod in praedictis Synodis & capitulis praemissa publicentur, & ut quilibet suos subditos ad ipsarum concubinarum dimissionem moneant, diligenter injungimus. Praeterea omnibus secularibus viris, etiam si Regali praefulgeant dignitate, ne ullum qualecunq; inferant impedimentum, quocunq; quassio colore, Praefatis, qui ratione officii sui ad veras subditos suos pro hujusmodi concubinato, & aliis casibus sibi iure permittis procedunt. Et cum omne fornicationis crimen a lege divina prohibetur sit, & sub poena peccati mortalis necessario evitandum, monemus omnes laicos, tam uxoratos, quam solutos, ut similiter ad concubinatum absterneant: nimis enim reprehensibilis est, qui uxorem habet, & ad aliam uxorem seu mulierem accedit: qui vero solutus est, si continere nolit, iuxta Apostoli consilium uxorem ducat: pro hujusmodi autem divini observantiae praecipit, hi ad quos pertinet, tam salutaribus monitis, quam aliis canonicis remediis omni studio laborent. Rom. 14. Cal. Jan. 1516.

Pius V.

In Subditis, & concubinariis.

CAP. II.

Si quis crimen nefandum contra naturam, propter quod ira Dei venit in filios dissidentiae, perpetraverit, Curiae seculari puniendus tradatur, & si clericus fuerit, omnibus ordinibus degradatus simili poena subijciatur. Monemus praeterea omnes locorum ordinarios, & in virtute sanctae obedientiae eis praecipimus, ut statuta Tridentini Concilii contra concubinarios tam clericos quam laicos edita distincte faciant observari, reddituri Deo ac nobis si id omiserint rationem. Rom. 6. Cal. Apr. 1566.

TITVLVS XVII. DE DVELLO ET DVELLVM permittentibus.

Iulius II.

Pugnantes in duello, & duellum permittentes, quacumq; causa, etiam iure probata, excommunicantur, eiq; sepulchra in loco sacro denegantur.

a Deuter. 23. Tob. 4. 1. Corinth. 6. Ephes. 5. Gal. 5. Actor. 15. Matth. 23. Marc. 7. b Non potest haereri magnitudine sceleris enarrari. Litt. lib. 6. cap. 23. c Concil. Trident. sess. 24. de reform. matrimon. cap. 8.

Regis pacifici qui regnat in caelis, licet insufficientibus meritis, vices gerentes in terris, cunctorum fidelium statui, prout ex suscepta servitutis tenemur officio, indefessa solertia intendentes, ac animarum periculis obviare cupientes, ad ea per quae ubiq; praesertim in terris Romanae Ecclesiae sponse nostrae subjectis inter fideles eisdem, caedes, rixae, & contentiones cessent, scandalorum tollantur fomenta, pax & concordia vigent, prosperisq; eorum successibus consulatur, opportuna provisionis operam impendimus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire. Sane non sine maxima animi nostri perturbatione accepimus, quod nonnulli fidelium praedictorum, inimico humani generis instigante, & aliquibus causis occurrentibus, & plerumq; iniuris & inhonestis ac levibus verbis ad contumelias, contentiones, & diffidationes devenientes, ut alter alterius sanguine satiatur, ad temporales Principes & dominos, maxime civitatum, terrarum, & locorum sedi Apostolicae subjectorum cofugunt, ut eis locum tutum, sive campum ad duellum seu pugnam assignent. Et quamvis Principes, & domini praefati duellum sive pugnam eis dissuadere & prohibere deberent, tamen plerumque locum aut campum tutum hujusmodi assignant, malevoluntq; altercantium propositum ad executionem augent, magisque uni quam alteri favent, ex quo hominum mortes repentinae, & nisi divina gratia praeviantur, animarum perditiones, mutilationes, & vulnera, interstantesq; pugnantium amicos odia & altercationes, & ex uno inconvenienti plura oriuntur, in ipsorum fidelium animarum & corporum periculum, generisque humani praefati iacturam, perniciosum exemplum, & scandalum plurimorum. Nos igitur qui fidelium praedictorum tranquillitatem & pacem sinceris desideris exoptamus, saluberrimis Christianae religionis documentis, & exemplis Deum tentandum non esse praemoniti, Salvatorisq; Domini nostri Iesu Christi, qui Petro Apostolorum Principi ut gladium mitteret in vaginam mandavit, praecipis edocti, attendentes hominem homini, inter quem cognationem quamdam natura constituit, insidiari nefas, & gladiatoria munera & pugnationes hujusmodi vulgares a religionis nostrae pietate damnari, cruentaq; spectacula a facris canonibus, & imperialibus legibus inhibita & improbatas, sicq; pugnantes infamia notari, & diversis poenis puniri, & cum omni tempore, potissimum tamen in ocio civili, & domestica quiete publica detestanda esse, motu proprio, non ad alicujus super hoc nobis oblatam petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, & ex certa scientia, hac in perpetuum valitura constitutione, duellorum & gladiatorum hujusmodi usum damnamus & improbamus, & in terris Rom. Ecclesiae mediate & immediate subjectis, & in quocunq; quavis auctoritate & potestate, ac nobilitate fulgentibus, sub excommunicationis latae sententiae poena, e quacumque causa, etiam a legibus permittis, fieri omnino prohibemus: Dictosq; pugiles taliter pugnantes, ubiq; impune capi posse & puniri pro homicidio vel vulnere, iuxta juris communis dispositionem, nulla eis consuetudine suffragante, statuimus, corporaq; in duello in terris Eccl. mediate vel immediate subjectis facto morientium in sacro sepelire prohibentes. Ro. 5. Cal. Aug. 1505. Leo Decimus.

Duelli auctores, proscriptioe honorum, spectatores excommunicatione & multa pecuniaria plerantur.

CAP. II.

Quam Deo & hominibus abominabiles viri pugnantes in duello existant, & omnium in ore versatur, & di-

a Concil. Trident. decreto sess. 25. cap. 19. Principes duellum permittentes excommunicantur, & committentes illud, & patroni, consultores, spectatores excommunicantur & sui infames, & praesertim bonorum multantur.

